



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conversio Peccatoris, Seu Modus quo Peccator communiter resurgit ad justitiam.**

**Lefelon, Antoine**

**Bruxellis, 1675**

§. 3. Non sufficit ejusmodi legisse formulas, sed ad alia ulterius  
progrediendum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9433**

## §. III.

*Non sufficit eiusmodi legisse formulas, sed ad alia  
ulterius progrediendum.*

**N**on ergo inutilis est aut omittenda  
eiusmodi precationum lectio; sed  
multis valde noxia est, his leviter recita-  
tis, sufficientis conversionis & contritio-  
nis præsumptio. Cum enim jam conver-  
ti cœperint, sed adhuc non ita ut omnes  
mortiferas cupiditates, quibus addicti  
sunt, à se, ut oportet excludant; ad hoc  
proficere debent, & piè allaborando, hu-  
militatis & misericordiæ operibus infi-  
stendo, Deumque humiliter & perseve-  
ranter deprecando perficere possunt: sed  
istâ jam perfectæ conversionis præsum-  
ptione, proficiendi sollicitudinem & co-  
natum deponunt, ac per hoc non conver-  
tuntur sed quasi in via intercipiuntur.

Non rectè itaque subdit Appendix:  
*Dato quod hoc non obstante contingat aliquem  
non habere verum dolorem, si tamen hanc ora-  
tionem devotè legat, nec ipse nec confessarius  
potest hunc defectum scire, & consequenter licet  
Sacramentum in tali casu sit nullum, nec pœni-  
tens nec confessarius peccat.*

Cum enim uti monstratum est ad pec-  
catoris

peccatoris maximè inveterati conversionem communiter satis non fit ejusmodi precatiunculæ semel facta recitatio, hâc adhibitâ regulariter nec pœnitens, nec Confessarius, nisi temerariè judicare potest omnem defectum esse sublatum, ac pœnitentem debitè conversum.

§. IV.

*Nec sufficit ejusmodi formulas etiam cum sensibili devotione, imò & cum lachrymis legitisse, neque talis sensibilis devotio semper à Deo est.*

**S**ed quid si ejusmodi precatiuncula sensibili cum devotione & lachrymis fuerit recitata? Et tum fallaciam subesse posse asserit Manuductio. Contra Appendix num. 253. *Hoc est, ait, nimium diffidere, & omnes peccatores in desperationem præcipitare.*

Verùm sensibilem istam, quam dicunt, devotionem unà cum conjunctis ei lachrymis fallacem esse posse, & impiis inesse, est in comperto. *Solida animi jucunditas*, ait cum bonorum omnium sensu nuper defunctus Eminentiss. Card. Bo- Princip. vi-  
na, non in fervoris affluentia, non in sensibili tæ Christ. p.  
dulcedine, non in mollibus quibusdam affectibus 1. §. 44.  
& lachrymis consistit: nam etiam Turcæ & alii